Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

integra apparuerunt. et ita
noua: ut ipso die uidentur
castis eius membris esse cir
cumdata. Ferunt autem quod
cum prefato tumore ac do
lore maxille siue colli pre
meretur: multum delecta
ta sit hoc genere infirmita
tis ac solita dicere. Scio cer
tissime quia merito in col
lo pondus languoris por
to: in quo iuuenculam me
mini me superuacua mo
niliorum pondera portasse.
et credo quod ideo me su
perna pietas dolore colli uo
luit grauari. ut sic absoluar
tu absoluar superuacue le
uitatis: dum michi nunc pro
auro et margaritis de col
lo rubor tumoris ardorque
promineat. Contigit autem
indumentorum eorundem et
demonia ab obsessis effu
gata corporibus et infirmi
tates alias aliquotiens esse
curatas. Sed et loculum in
quo primo sepulta est non nul

lis oculos dolentibus salu
ti fuisse perhibent qui cum
suum caput eidem loculo
apponentes orassent. mox
doloris siue caliginis in
commodum ab oculis amo
uerent. Lauerunt igitur uirgi
nis corpus et nouis in
dutum uestibus intulerunt
in ecclesiam atque in eo quod
allatum erat sarcofago
posuerunt ubi usque ho
die in magna ueneratione ha
betur. Mirum uero in modum
ita aptum corpori uirginis
sarcofagum inuentum est ac
si ei specialiter preparatum
fuisset. et locus quoque ca
pitis illius aptissime fi
guratus apparuit. Est autem ele
ge in prouincia orienta
lium anglorum regio fami
liarum circiter sexcentarum.
in similitudine insule uel
paludibus ut diximus circum
data uel aquis. Unde et a co
pia anguillarum que in eis
dem paludibus capiuntur.